

1 Id summi fati-  
gij vocabu-  
lum Augustus  
reperit, ne re-  
gis, aut dicta-  
tonis nomē ad-  
lumeret, ac ta-  
mē appellatio-  
ne aliqua certe  
ra imperia pre-  
mineret, ex lib.  
3. Annal.

2 Vespasiano  
vix imperium  
adepto preci-  
pua antonē qu-  
ia fuit, vide  
Tacit. libr. 4.  
hist.

3 Hoc est illud  
ipsum otū, de  
quo Vitig. Eglo-  
ga. Deus no-  
bis hæc otia fe-  
cit.

4 Sic libr. xv.  
Exin Romanus  
laudat iuene,  
omnibus precipi-  
tib', tuta & fa-  
lutaria capel-  
sentē, & lib. 1.  
Hist. Antepo-  
tuere, inquit,  
ceteri quoque  
tribuni, centu-  
rioneque præ-  
sentia dubis &  
honestis.

ben<sup>a</sup> tribunitio<sup>1</sup> iure contentum: vbi militem donis, populum: anno-  
cunctos dulcedine<sup>3</sup> otij pellexit, <sup>b</sup> insurgere paulatim, <sup>c</sup> munia Sena-  
tus, magistratuum, legum in se trahere, nullo aduersante: cum fero-  
cissimi per acies, aut proscriptione cecidissent: ceteri nobilium, quan-  
do quis seruitio promptior, <sup>d</sup> opibus & honoribus extollerentur: ac  
nouis ex rebus aucti, <sup>e</sup> tuta<sup>4</sup> & præsentia, quam vetera, & periculosa  
mallent. Neque Prouinciæ illum rerum statum abnuebant, suspecto Se-  
natus, populi que imperio, ob<sup>f</sup> certamina potentium, & auaritiam magi-  
stratuum, inualido legum auxilio; quæ<sup>g</sup> vi, ambitu, postremò pecunia

## OBSERVATIONES.

a Quid absurdius, magisue preposterum dici potest, quam potentie insignis ornari prius, quam po-  
tentiam adeptus sis? Ideo cautiſſimè & Augustus, & Tiberius, ille Romane monarchie autor,  
hic firmator, ut cætera, quæ res, quam moliebantur, postulabat, præſtiterunt, tum verò id impi-  
mis cauerunt, ne prius superbos titulos assumerent, quam ipsa re ita principatum adepti essent, ut  
sibi amplius eripi non posset. Ideo hanc cautionem adhibebit is, qui id agit, ut statum liberae reip. mu-  
tetur, ipſeque in ea regnum possideat, ut, nondum planè confirmato, & corroborato principatu, ijs ap-  
pellationibus sit contentus, quæ populares, & iamdiu receptæ sunt.

b Quomodo superbia regum multitudinem perpulit, ut his imperium abrogaret, vnde  
originem traxit libertas pop. Romani, ita fessa rep. bellis civilibus, id est, cum ob ingentia potenti-  
orum certamina, ac diuersa populi studia, res in eum statum adducta est, ut pristinae reip. vix  
ulla vestigia appareant; nempe, quia luctuosum civile bellum plerumque excipit tantæ rerum om-  
nium perturbatio, ut magistratus remp. quasi stui habeant: atque in legibus nihil cuiquam sit præſi-  
dij, iudiciorum autoritas, senatus maiestas extincta sit, non est mirandum, si non modo pertur-  
bato, sed & planè euerſo statu, necessaria est potentia vnus ad connectendas reip. partes malis  
civilibus planè distractas, ac dissipatas, atque adeo ad ipsam remp. quæ planè concidit, erigendam.  
Tali rerum statu, qui ex potentioribus vnus præteritis cladibus est superstes, eiusque nomen Vi-  
etovis iam est celebre, is haud dubiè patefaciet sibi aditum ad principatum, si liberalitate militem,  
validosque exercitus sibi deuinciet; populi studia abundè suppeditanda amona, sibi conciliabit;  
nam ut quarto hist. Tacit. ait, vulgo vna ex rep. annonæ cura: nouos homines, & honorū cupidos  
honoribus, ad rem attentos opibus, & diuitiis extollet; ac postremò vniuersæ reip. diuturnis con-  
flictatæ bellis pacem, & securitatem toties optatam magis, quam speratam præſtabit. Qui hanc ra-  
tionem sequetur, is, concedentibus cunctis, princeps erit. quippe, ita comparatum est, ut multitu-  
dinē sine rectorē esse non possit, præſtatque ab vno, quam a ne nime regi.

c Princeps is est, penes quem vnus sunt munia senatus, magistratuum, legum, atque adeo remp. ab-  
occupare, est hæc singula ad se trahere, nam in omni reip. administratione hæc sunt necessaria, se-  
natus, quod est publicum consilium: ex hoc creantur magistratus, quorum munus est, legum autori-  
tatem factam rectam conseruare.

d Cautus princeps singulis, pro cuiusque ingenio, satis faciat, quem, scilicet, opibus inhiare videt, hunc  
donis, ac muneribus sibi conciliet: honorum cupidos, atque ambitiosos homines honoribus, ac specio-  
sis titulis honestet.

e Is mihi sapere videtur, qui tuta, & præsentia, dummodo honesta sint, veteribus, & periculosis  
anteponit.

f Qua in rep. hæc tria simul conspiciuntur, certamina potentium, auaritia magistratuum, inua-  
lidum legum auxilium, hæc haud longè abest ab interitu.

g Tunc legibus in rep. locus dicitur esse nullus, cum quod non nisi obsequio, virtute, iustis precibus,  
iure obtineri debet, id vi, ambitu, pecunia extorquetur.

turba-